



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Censvris, In Qva Sex Dispvtationibvs De Poenis Ecclesiasticis, déque
Irregularitate fusè tractatur, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Pvnct XV. De decimo effectu excommunicationis, qui est priuatio
cuiuscunque vsus officij publici.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76667](#)

dura est de scriptura, quae non ad valorem actus, & obligacionem inducendam necessaria est, sed solum ad illius probationem. Nam scriptura quae ad valorem actus requiriuntur, ut in testamento contingit, in sententia definitu ludi-
cisi, & similibus, si facta sit ab excommunicato etiam tol-
erato valorem non habet, quemad ipse actus requirit. Quippe
actus ille testamentum, & sententia firmatatem, & perpetuita-
tem expofulat irrefragabiliter; hanc tamen habere nequit ab
excommunicato confectus, cum possit eo ipso excipi tanquam
nullus fidei, ut bene aduerterit Coninch. disp. 14. dub. 1. n. 15.
Paul. Layman. lib. 1. sum. trah. 6. par. 2. cap. 2. n. 15.

Si vero sit excommunicatus vitandus illicita erit scriptu-
raturam confectio: quia est quamdam cum fidelibus communica-
tio, & grauis ex suo genere, eo quod sit ratione publici of-
ficii, & numeris, ut notarii Bonac. disp. 2. quæst. 7. num-
ero 4. vers. dixi. Sed aut sit invalida, non est certum. Com-
muni sententia Canonistarum affirmit, quos referit, &
sequitur Henric. libro 1. de excommunicatis. capite 9. Aulla 2.
parte de censur. cap. 6. disp. 6. dub. 5. Galpar. Hurtado disp. 1. de
excommunicatis. difficult. 5. Mouentur ex capite nullus. 2. quæst.
3. ibi. Nullus anathematizatorum suscipitur, neque a quo-
quam credantur quae ab eis dicuntur, vel conforbitur: ut se
valida essent eorum scripturae deberet ei fides adhiberi, quia in
nullo alio firmatis carnis consiftit, ergo. Verum hoc Textus non
conuinicit. Fator namque anathematizatio non esse creden-
dum ex necessitate, cum eorum testimonium oppido an-
athematizandi potest; ut dum non opponitur validum est,
& fides ei adhibetur, & sententia ob illius causam lata valorem
continet, ut recte aduerterit Coninch. disp. 14. dub. 11. con-
clus. num. 11.

31 Quapropter dicendum est praedictas scripturas validas es-
se, fidemque facere, dum a partibus non excipiuntur; quia
nulli inveniuntur irrita. Sicut docet Suar. disp. 16. de cen-
sur. sed. 5. num. 5. Coninch. dicta disp. 14. dub. 11. concl. 2. & 3.
Bonac. disp. 2. de excommunicatis. quæst. 2. punct. 5. numero 8. &
punct. 7. numero 4. In foro autem externo neque debent ad-
mitti, sed tanquam nullius fidei repelliri, ut notarii Coninch.
& Suar. locis citatis. Verum si ex consensu patrum scrip-
tabat excommunicato conficiatur, distinguendum est, si par-
tes confesa fuerint excommunicationis, nullus eorum po-
tent spectato conscientiae foro excommunicationis exceptio-
nem opponere, ut scripturam insinuerit; quia praedicto
consensu videtur iuri exceptionis cessisse, & scripturam fir-
mam fidem adhibuisse. At si excommunicatio ignota esset,
optime posset quilibet exceptionem excommunicationis op-
ponere, & fidem scripturam elidere, ut bene aduerterit Suar. dicta
sed. 5. à m. 5.

32 Septimò, & ultimò intercedit in iudicio reus, qui esto
excommunicatus vitandus sit, trahi potest ad iudicium, ut
decidatur in capite intellectum, de Iudicis. Ne ut ibidem di-
citur, commodum ex sua excommunicatione reportet. Ne-
que opus est, ut prius ab excommunicatione absolvatur, aut
faciat quantum in se est pro absolutione obtinenda, quia
iuria permittit excommunicatum trahi ut reum ad iudi-
cium, supponit peritatem in excommunicatione trahi
potest.

Noranter vñs sum verbo trahi, quod necessitatem indicat,
neque enim excommunicatus etiam ut reus compareat in
iudicio permittitur, si non ex necessitate, sed ex voluntate
compareat; qui cum ex voluntate compareat pro suo, vel
communi commodo compareat censetur, iuxta Textum in
capite venient. 2. de Testibus. Et Authent. si omnes. Coda si mi-
nor ab hereditate se absenteat. Et pluribus exornat Suar. libro
2. de excommunicatis. cap. 9. num. 11. & legg. Suar. disp. 16. sec.
4. num. vñs. Quod commodum nullatenus iuri præstat ex-
communicato intendunt. Ideoque in dicto capite intellectum de
iudicis, dicitur obligatum esse in iudicio compareare, ne com-
modum ab excommunicatione reportet. Supponit ergo Tex-
tus excommunicati intercessit in iudicio non fore illi
commodum, sed incommode.

33 Postea autem hac in iudicio presentia potest excommuni-
catus ad omnia sibi obiecta refondere, testes & instrumen-
ta in sui defensionem producere, Iudicem, Aduocatum,
Scribam, & Procuratorem eligeat. Quinim poterit exceptio-
nibus dilatoris vñ. Tum aduersus Iudicem cum recusando,
vel eius iuri dictitionem declinando. Tum aduersus adorem obiectando ei excommunicationem, si forte in ea
sit, vel quodcumque aliud impedimentum, quo a iudicio repelli posse. Tum aduersus procuratorem, si de legitimo
mandato non constet. Tum aduersus telles, quod non de-
bet ei fides adhiberi. Denique utri potest quacunque exceptio-
ne, que ad sui defensionem dirigatur. Vnde si sententia fe-
derentia grauari, poterit appellacionem interponere, quæ
admittenda est, ac si excommunicatus non esset, ex Textu in
cap. cum inter de exceptionib. Et capite significavit, eodem tri-
tum. Nam appellatio est quaedam iurius defensio ad grauamen re-
mouendum. Capite suggestum de appellacionib. Atqui excom-
municato omnis defensio permissa est, ut potest quæ a iure natu-
rali, de Castro Sum. Mor. Pars VI.

Et ista est introducta. Et colligitur ex capite dilecti filii. Cap. di-
lecti. Capite significavit. De exceptionib. Et ibi Doctores. Ergo
permisæ sunt praedictæ exceptions, & appellations. Atque
ita docet Glofia in cap. intellectum de iudicis. Hugolin. tab.
2. de censur. cap. 1. §. 1. & 2. 16. §. 2. 3. & 4. Sayrus lib. 2. de excom-
municatis. cap. 8. à n. 3. & alii passim.

Sed an excommunicatus per se compareat in iudicio pos-
site? Non conuenient Doctores. Nam Decius in capite intellectu
sum de iudicis. numero 7. Et ibi Felin. numero 3. Sylvest-
ro Excommunicationis 3. num. 1. secta 12. Hugolin. de censur.
tab. 2. cap. 16. §. 8. num. 1. Aulla 2. part. cap. 6. disp. 7. dub. 2. Gal-
par Hurtado disp. 8. de excommunicatis difficult. 4. Paul. Layman
lib. 1. sum. trah. 5. par. 2. cap. 1. num. 15. in fine, negant posse
per se compareat, sed necessariò obligatum esse procurato-
rem eligere, & medio illo respondere, nisi forte ita pauper
sit, ut non possit procuratori stipendia subministrare, vel eo
in loco non reperiatur procurator idoneus. Quia in cap. intellectu
de iudicis expressæ deciditur excommunicatum posse in iudicio conueniri, & debete per alium respondere.
Verbum enim debere necessitatem importat, & æque tum
responsum, tum modum respondendi respicit, at excom-
municatus si conuenire ex necessitate responderet. Ergo etiam
ex necessitate respondere debet per alium.

Caterum est hoc conuenientissimum sit, ut excommuni-
cationis effectus rectius obseruerit, & minima quoad fieri
possit communicatio cum excommunicato habeatur, non
tamen est necessaria, sed potest excommunicatus per seip-
sum in iudicio compareare: ut tradit Gloria in dicto capite intellectu,
verbo conueniri. Et ibi Innocent. Hostiens. Panor-
mit. quos referit, & sequitur Sayrus lib. 2. de excommunicatis cap.
8. in fine. Suar. disp. 16. sec. 4. num. 6. Coninch. disp. 14. dub. 11.
in fine. Bonac. disp. 2. de excommunicatis. quæst. 2. punct. 7. num. 15.
Fillius trah. 12. cap. 7. quæst. 5. num. 18.1. Mouentur quia in c.
dilecti filij, & cap. vñl. de exceptionib. permittere abolitionē ex-
communicato respondere in iudicio. Non igitur haec permis-
sio credi debet restricta. ex capite intellectu, maximè
cum iure naturali concessa sit cuique propria defensio. Ergo
quories excommunicatus ceulet se melius posse per se ipsum
defendere, quam procuratore interposito illi concedendum
est. Adde si excommunicatus non posset per seipsum com-
pareare, quoties medio procuratore præstare posset, neque
ludex posset eum admittere, quia prius probetur procurato-
ris impossibilitas; at inde lites dilatarentur, & excommuni-
catus his dilationibus commodum reportabit. Non igitur
presumendum est id esse à iure statutum. Nam licet Tex-
tus in capite intellectum decidat, debet excommunicatus
& verbum debet responsum, & modum afficiat; diuersi-
mod tamen, nam responsum ex necessitate, modum ex
conuenientia. Quod colligunt ex rationibus super dictis.
Tum quia Ponnitex solum interrogatus fuit, an excommuni-
catus in iudicio conuenit, obligatus esset respondere: Cui
interrogatione respondit, debet: & licet huic responsi modum
addiderit, ut ea responso per alium fiat, id non ex ne-
cessitate, sed ex conuenientia dictum est; ut praxis, & vñs
comprobat.

PUNCTVM X V.

De decimo effectu excommunicationis, qui est
priuatio cuiuscunq; vñs officij
publici.

1. Etsi aliquibus placet excommunicatum illicite, & innalide officium Tutoris, Curatoris, Sc. exercere: Verius est op-
positum.
2. Assentient Parochi excommunicati, etiam non tolerati ma-
trimonii contrahentibus, validia est.
3. Licitiam concessam à Parocho alteri Sacerdoti assentient
matrimonio, est aliq; censent illicitam, & inuali-
dam esse ab excommunicato vitando, verius est va-
lere.
4. Admissio, seu receptio professionis Religiosa facta ab excom-
municato etiam vitando, validia est.

A Liquibus videtur excommunicatum non solum illicite,
sed inalide officium Tutoris, Curatoris, Hospitala-
rii, & similiū exercere: quia haec officia etiū iurisdictionem
non habent autoritate publica constituantur. §. Nam &
iure naturali insit, de excusationibus tutorum. At excommuni-
catus exclusus est ab omni vñs offici publici, vt potest quia à
communione fidelium est separatus. Ergo, &c. Sic relato
Hugolin. tab. 2. de censur. cap. 14 docet Sayrus lib. 2. de excom-
municatis. cap. 7. n. 2. Sed rectius contrarium docuit Suar. disp. 16. sec.
4. per tot. Nam etsi Tutor, Curator, Hospitalarius autho-
ritate publica constituantur, non tamen in utilitatem publicam
sed priuatam. Quæ autem in priuatam utilitatem constituantur
etsi autoritate publica, irrita non sunt, nisi excipiantur;

D. 3. alias

alias acta à Procuratore, Actore, Aduocato, & similibus irrita essent contra supradicta, cùm horum officia autoritate publicā sint constituta.

- 2 Secundò assentia Parochi excommunicati etiam non tolerati contrahentibus matrimonium valida est, quia hæc assentia etiā autoritate publicā praestetur non est actus iurisdictionis, cùm sufficiens præstetur ab invito, quod alienum est à iurisdictionis usu, sed est executio cu' usdā conditionis à Concilio Tridentino requisita pro matrimonio valore, quā cum nullib[us] annuerat facta ab excommunicato vitando, valida censeri debet: vt bene Sanch. lib. 1, de matr. disp. 2. 1. Henric. lib. 1, cap. 3. Rebell. lib. 2, de obligat. iustit. quāf. 9. num. 9. Bonac. de matr. quāf. 2, pun. 8. numero 1. & de censur. disp. 2. quāf. 2, pun. 5. num. 1. Gaspar Hurtado, disp. 7. difficult. 2. Paul. Layman. lib. 1, sum. tract. 5, part. 2, cap. 2, num. 13. in fine. Coninch. aif. 27. dub. 2. concil. 7. Neque obstat excommunicati vitandum testem etiā non posse: quia Parochus matrimonio assentis non est testis depoens, sed inspiciens. Inspicere autem matrimonium, illique præsentem esse, vt postmodum testificari possit, validè potest ab excommunicato vitando praestari. Adde testificationem excommunicati dum non expiriūt validam esse, vt superioris diximus.

- 4 Tertiò: licentia concessa à Parochio excommunicato alteri sacerdoti ad assitudinem matrimonio licita est, nisi gratia necessitas urget; quia etiā quedam communicatio cum fidelibus, & de lege gravis. Sed an valida sit? Dubium est. Conveniunt Doctores validam esse, si ab excommunicato tolerato praestetur, quia dum toleratus officium Parochi, & iurisdictionem retinet. At si ab excommunicato vitando concedatur, negat Coninch. disp. 27. de matrim. dub. 2. num. 25. Aula 2. in iudic. censur. cap. 6. disp. 2. dub. 2. concil. 4. & 5. validam esse concessionem, eo quod hac licentia sit actus iurisdictionis, quā excommunicatus priuatus est. Quippe nullus potest alteri licentiam, & facultatem aliquid faciendo concedere, nisi iurisdictionem, vel dominium habeat, vel facultatis concessae, vel personæ cui conceditur. Præterea mediā hac facultate sacerdos qualificatur, vt matrimonio validè assent. Est igitur hæc facultatis concessio iurisdictionis actus. Recens opus est censit Sanch. d. disp. 2. Filioli tract. o. cap. 6. num. 20. Bonac. de matrim. quāf. 2, pun. 8. num. 21. & de censur. disp. 2. quāf. 2, pun. 5. num. 1. Gaspar Hurtado disp. 7. de excommunic. difficult. 2. Quia concessio huic facultatis non est actus iurisdictionis, sed dominicus, sicut est quilibet procuratoris constitutio: cùm Parochus nihil aliud faciat concedens hanc licentiam, quam potestatem assidenti, quam habet, in alterum subrogare. At hæc potestates residens in Parochio non est iurisdictione, ergo neque illius in alterum subrogatio. Adde quod sacerdos a Parochio designatus potest sit matrimonio assistere, & ex eius præfessione matrimonium subfistat, non tam procedit a Parochio designante, quām à Concilio Tridentino concederetur eam facultatem sacerdoti, quem Parochus designauerit, sicut ipse Parochus ex Tridentino habet esse inspectorem qualificatum, cu' su' præfessione valorem matrimonio præstet. Ex his solutum est fundamentum oppositum.

- 4 Quarto admisso, seu receptione professionis Religiose facta à Prelato excommunicato etiam vitando valida est, vt docet Sanch. liv. 5. in Decalog. capite 4. numero 78. Paul. Layman. lib. 1, sum. tract. 5, part. 2, cap. 2, num. 13. in fine. Nam hæc admisso non est iurisdictionis propria, sed cuiusdam superioritatis usus competens. Prelato ratione sui officij: alias feminis, & laicis, qui iurisdictionis Ecclesiasticae incapaces sunt professionem admittere non possent. Ob eandem rationem valida est commissio admittendi professionem facta à Prelato excommunicato: quia ea commissio non est iurisdictionis, sed potestatis cuiusdam concessio admittendi obligationem, quam professio Religioni facit, obligandique Religionem ipsi profecto sicuti cùm Prelatus aliqui concedit facultatem admittendi contractum quo contrahens Religioni obligetur, & Religio contrahenti, non exercet propriæ iurisdictionem, sed superioritatem.

P N C T V M XVI.

De undecimo effectu excommunicationis, qui est priuatio cuiuscunq[ue] civilis obligatio[nis], & contractus

- 1 Excommunicato interdictum est quilibet cum fidelibus contractum inire.
- 2 Plures consent prædictos contractus inualidos esse in favorem excommunicati, validos tamen in favorem aliorum contrahentium.
- 3 Verius tam ex parte excommunicati, quam ex parte aliorum validos esse.
- 4 Aliquid limitant, ut prædicta doctrina procedat in contractibus nomine proprio celebratis, secus omnib[us] ritibus publica, sed non approbat.

- 5 Validum est contractum matrimonium ab excommunicato celebratum.
- 6 Validum quoque est testamentum etiam ab excommunicato ritando confectum.
- 7 Excommunicatus vitandus hæres institui potest.
- 8 Ab hac doctrina excipiuntur aliquot casas.

Cum excommunicato interdicta sit quilibet cum fidelibus communicatio, vt constat ex vero titul. de seminaria excommunicata. & ex pluribus Textibus relativis 1. q. 3. manifestum est ei interdictum esse quemlibet cum fidelibus contractum inire, sequentem contrahendo communione hominum virtutis. Argum. 1. §. conventionis ff. de Patris.

Sed an contractus ab excommunicato initi fumaret habent, indicantque obligationem tam ex parte excommunicati, quam aliocum quibuscum celebantur? non ita constat. Nam Hostiensis, in cap. veritatis de Dolo & contumacia & c[on]tra v[er]o de sententia excommunicata. Cardinal, in capsula de exceptione lib. 6. & in cap. quinquaginta de Vt[er]is lib. 6. Archidiacoton cap. 1. de iure patroni lib. 6. & alii relati à Mariano Socio in cap. n. 458. de sententia excommunicata, censent validos esse contractus in favorem aliorum contrahentium non excommunicatorum, secus vero in favorem excommunicati. Nam cum excommunicatus contrahens sit legum interdictum communicationem transfigeret, aquum non est, vt legibus ipsi subueniatur. Quod enim contra ius sit, pro infecto haberi debet. Regula qua contra ius ff. de Regulissimis. Et confirmatur, excommunicatus petens in iudicio executionem contractus in excommunicatione init: non auditur, sed repellitur. Cap. p[ro]p[ri]a de exceptione lib. 6. Alij vero aduersari excommunicatum agere possunt. Signum ergo est contractum in excommunicati favorem non tenere; bene tamen in aliorum commodum.

Ceterum omnino tenendum est contractum in iudice ab excommunicato etiam vitando validum, & firmum esse, obligans ex illo excommunicatum quibuscum contrahit, & contractantes ipsi excommunicati iuri ex communione tradit Panormite. in cap. ad probandum n. 8. de sententia & re iudic. Et ibi Felin. Rebiff. in cap. postulativa num. 1. de Clerico excommunic. missi fr. Couarrau. in cap. alma mater 1. p. 5. 1. num. 9. Hugolin. ab. 2. de censur. cap. 20. §. 1. Sayrus lib. 2. de excommunicat. cap. 9. num. 11. Vazo. de excommunicat. lib. 8. Coninch. disp[onit] 14. dub. 12. num. 19. Gaspar Hurtado disp. 9. de excommunicat. difficult. 1. numero 5. & alij apud ipsos. Colliguntur ex cap. capi illorum de sententia excommunicata. Cap. figuraci. De eo qui duxit in matrimonio. Cap. inter dilecta de Donationib. Capit. Ultimar. de panis in 6. Ratio est manifesta: quia annulatio, irritatioque contractus, vi potest odiosa inducenda non est absque manifesto Textu, & ratione. At nullus est Textus, ex quo hæc irritatio colligi posse. Nam esto legibus Ecclesiastici interdicuntur contractus cum excommunicato, non tamen irritantur. Non enim quicquid contra legem sit pro infecto habendum est, alios contractus non iuram in favorem excommunicati; sed etiam in favorem aliorum non excommunicatorum iurare possunt: siquidem ipsi etiam non excommunicatis interdicta est cum excommunicato vitando communio. Regula qua contra ius sunt. Ego intelligenda est de iis quæ sunt contra ius irritans, & annulans, secus vero de his quæ sunt contra ius tantum prohibens. Minus probat hanc contractus irritationem, quod excommunicatus petens execucioem contractus in excommunicatione init: repellatur; quia non repellitur eo quod in excommunicatione fuerit celebratus, sed ex eo quod ipse excommunicatus sit: siquidem ab excommunicatione absoluens agere in iudicio poterit pro obligatione sibi excommunicato facta. Argum. cap. felicia vers. cum autem de Ponca. lib. 6. Et nota h[ab]it Felin. cap. si vero volum. 2. de sententia excommunicata. Ioann. de Selua tract. de benefic. 3. p. quāf. 4. quos referit, & sequitur Sayrus lib. 2. de excomm. c. 9. n. 17. Gaspar Hurtado disp. 9. difficult. 1. num. 5.

Hinc sit validam esse venditionem, emptionem, locacionem ab excommunicato factam, ut colliguntur ex cap. si vero de sententia excommunicata, & capit. quicquid multo 11. quāf. Item validam esse donationem tum ab excommunicato, tum ipsi excommunicato factam, cap. inter dilector. de donationib. scilicet aduentus Sayrus. Vazq. Hurtado supradict. Bonac. disp. 2. q. 2. p. 5. num. 2.

Limitat prædictam doctrinam Sayrus dicto cap. 9. num. 13. vt procedat in contractibus priuatim, & nomine proprio celebratis; secus vero in iis, qui autoritate publica, & ratione publici officij celebrantur, vt sunt contractus alienationis, & venditionis facti à Prelato excommunicato, & rutori, & Curatore & similibus circa res pupilli, & minoris. Sed restituti Sanch. lib. 5. in Decal. cap. 4. num. 8. Suan. disp. 16. de censur. scilicet 8. censent prædictos contractus validos esse ob rationem sepi[us] dictam, quia nullib[us] irritantur, & irritatio absque firmo fundamento inducenda nou est, constatque ex his quæ sunt prædicti, tradidimus.

De